



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1620 usque ad annum 1623

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1777

VD18 90118855

§. 94. Gregorii XV. Decretum circa controversiam de immaculata
conceptione B. V.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67344](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67344)

Sæc. XVII. A. C. 1621. literas: Comes igitur ex Hispania Romanam appulsus, atque ad alloquium admissus, nomine Regis sui, filialis obedientiæ homagium summo Pontifici exsolvit, enixe precatus, ut hunc Regi favorem exhibere, ultimamque manum noto negotio apponere dignaretur. Æqua videbatur Pontifici petitio; quapropter ex supremo sacræ Inquisitionis Senatu præcipuos selegit Cardinales, eo fine, ut una omnes hac super re deliberarent. Igitur consultatione sæpius habita censuere Cardinales, quod si hanc controversiam definire non expediat, saltem inhibendum foret, ne opinio de B. Virgine in originali peccato concepta clam vel publice propugnaretur, neque etiam deinceps in cultu Divino voce ac ritu sanctificationis uti liceret.

§. XCIV.

Gregorii XV. Decretum circa controversiam de immaculata Conceptione B. V.

*Bullar.
Magn.
Greg. XV.
Const. 29.*

Horum Cardinalium sententiam ipse summus Pontifex mature ponderans, omnino ratam habebat, proin hanc in rem die secunda Junii decretum edidit, quo innovatis Sixti IV. & Pauli V. Constitutionibus præcepit, ut in

in S. Missæ Sacrificiis ac Divino Officio Sæc. XVII.
A. C. 1621.
tam publice, quam privatim non aliud
quam Conceptionis nomen, non ex-
presso *immaculatæ*, vel *maculatæ* verbo,
adhibeatur, dein omnibus & singulis
inhibuit, *ne de cetero, donec articulus*
hujusmodi a Sede Apostolica definitus, &
per Sanctitatem suam & Sedem Apostoli-
cam aliter fuerit ordinatum, neque in ser-
monibus & scriptis privatis quispiam au-
deat asserere, quod eadem B. Virgo fuerit
concepta cum peccato Originali, nec de hac
opinionem affirmativa aliquo modo tractare:
exceptis tamen, quibus a Sede Apostolica
fuerit hoc simpliciter indultum. Per hoc
tamen Sanctitas sua non intendebat repro-
bare hanc opinionem, nec ei ullum prorsus
præjudicium inferre, eam relinquens in eo-
dem statu, & iisdem terminis, in quibus
reperitur, præterquam quoad in suprascripto
felicis recordationis Pauli V. & hoc suo
decreto disposita.

Quamvis hoc decreto sententia de
immaculata Conceptione nondum fue-
rit definita, sed duntaxat ulteriori de-
finitioni reservata, hancque solam præ
opposita prærogativam acquisierit, quod
illa, non hæc publice doceri potuerit,
ac nonnullis de illa privatim saltem
tractare specialiter indultum fuerit,
nihilominus tam Romæ, quam in Hi-
spania præsertim in Boëtica piæ sen-
tentia

Sæc. XVII. tentiæ fautores incredibili tripudia-
 A. C. 1621. bant lætitia; inter ceteros vero emi-
 nuit Zelus Joannis Baptistæ Petrigra-
 ni Sfortiæ, qui Equitum Ordinem sub
 invocatione immaculatæ Conceptionis
 B. V. erexit, & illius Statuta con-
 scripsit.

§. XCV.

*Pontificis literæ ad Philippum IV.
 Hispaniæ Regem.*

*Brev.
 Greg. XV.*

Cum autem in hac controversia pe-
 tissimam partem haberet Philip-
 pus IV. Hispaniarum Rex, hinc sum-
 mus Pontifex præprimis hoc decretum
 ad eundem transmisit, additis etiam
 literis, in quibus dilaudata Regis pie-
 tate inter alia etiam hæc subjunxit:
*Ne quid tamen novi in re tanta decernatur
 in præsentia, monet tum negotii magnitu-
 do, tum Romanorum Pontificum præde-
 cessorum nostrorum exemplum. Spiritus
 Sancti enim voci auscultare, non huma-
 narum rationum ponderibus rem exami-
 nare debemus, qui in Christianæ Sapien-
 tiæ Cathedra, Christiano Orbi a Deo
 præpositi sumus. Quare, cum nondum
 Æterna Sapientia Ecclesiæ tanti mysterii
 penetralia patefecerit, in Dei, Romanorum-
 que Pontificum autoritate debent fideles
 populi conquiescere. Magni tamen pon-
 deris*